

Aduertencias para

Tom. I. lib. 7. de Indulgentiis, cap. 28. vbi
late explicat quid possint Prælati Regulares
& confessarij Regulares ab his expositi. Vbi
etiam docet priuilegia Mēdicantum [legi
equalia que Pontifex declarat esse ample in-
terpretanda in fauorem animarum] nō dero-
gari in anno Iubilę etiam centesimi ut con-
suetudo interpretatur: nec per Bullas Crucia-
tæ, in quibus expressè excipiuntur facultates
quas Prælati Ordinum Mēdicantium suis Re-
gularibus communicant.

¶ Decima nona conclusio. Archiepisco-
pi & Episcopi harum Indiarū [& quibus ipsi
commisserint]. au&oritatem habēt absoluens
di omnes, & quoscunq; Indos tam viros q;
mulieres, ab heresis criminе: & ab aliis qui-
buscunq; criminibus, excessibus, & casibus
reservatis, tam in foro interiori, quam exterio-
ri. Sic concessit Gregorius. 13. ad instāliam
Catholici Regis Philippi secundi: prout re-
ferit in Confessionario Concilij Limensis auc-
toritate confecto anno Domini. 1583. sub fi-
nem, his verbis. Por Bulla de Gregorio. 13.
a instancia de la Magestad Catholica, se con-
cede a todos los Arcobispos y Obispos de
las Indias, y a las personas a quien ellos en
esta